



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 55. Oratores Galli hæc matrimonia tanquam irrita declarari petentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

causa interdum aliter fieri opportunum Sæc. XVI.  
censeretur, saltem matrimonia pro non A.C. 1563.  
legitimis haberentur, quoties non ad-  
essent Parochus, cum tribus, aut plu-  
ribus testibus: insuper petebant, ut e-  
tiam redderentur irrita matrimonia con-  
tracta a filiis absque parentum consensu,  
cum hæc plerumque essent noxia, ac  
familiis indecora, & odiorum potius,  
quam amoris fomes inter conjuges, proin  
ut iidem filiifamilias hac ratione in  
officio contineantur, & familiis suis  
ignominiæ labem inurere, ac ejusmodi  
matrimonia inire præpedarentur, ad  
quæ nonnisi immoderata libido incitat

## §. LV.

Oratores Galli hæc matrimonia tan-  
quam irrita declarari petentes.

Insuper iidem Oratores petebant, ut  
simul remedium adhiberetur paren-  
tum socordiæ in curando filiorum statu,  
ac certus annorum numerus præscri-  
beretur, quo absoluto, si nondum fi-  
lius a parentibus matrimonio fuisset col-  
locatus, fas illi esset, per seipsum  
uxorem ducere.

Hæc quæstio haud exiguam con-  
citabat disputationem tam circa Eccle-  
siæ potestatem, quam ejusmodi legis  
utilitatem: Pontifex autem pro eo,

Dd 5                    quod

**Sæcul. XV.**  
**A. C. 1563.**

quod apud se jam statuerat, scribi juf-  
fit ad legatos mandans, ut id confice-  
retur, quod magis opportunum puta-  
rent: insuper illos certos reddi volebat,  
quod quidem adeo abhorreret a mulie-  
rum raptu, ut animo meditaretur De-  
cretum hujusmodi, quo nunquam posset  
verum matrimonium contrahi inter ra-  
ptorem, ac raptam, quam in rem anti-  
quorum Canonum rigorem restitui vel-  
let, gratum autem ipsi foret, si hoc  
negotium pariter illis committeretur.

§. LVI.

*Episcopi omnium Parochiarum colla-  
tionem sibi solis relinquere postu-  
lantes.*

**A**lter articulus admodum arduus, <sup>20</sup> gebat de collatione Beneficiorum, animarum curam complectentium: et enim Episcopis rationi, ac æquitati consentaneum videbatur, quod nul-  
lus Anni Mensis esset, in quo Papa ad illa nominare posset, adeo, ut cuncta Episcoporum potestati relinquerentur, cum hi cunctos in Diæcesi idoneos me-  
lius cognoscerent. Evidem Pius IV.  
fatis intelligebat, & quantum id sibi detraheret, & ubi rei deliberatio Tri-  
dentinis Patribus remitteretur, ipso pro se decreturos, noluit tamen, ut obex ille Synodi progressum, ejusque deci-